

¶ Secundus

studio. Vñ ait Jero. Quia sciam scripturarum et carnis vicia non amabis. Preterea quoniam virtutes animales remittuntur naturales induuntur sic patet in somno qui describitur esse quod est virtutum animalium cum intentione naturalium.

¶ De potencis anime rationalis. Ca. xlii.

Quia sunt in anima ut ait philosophus potentie habitus et passiones. Et potentie quid sunt innate. Habitus autem sunt acquisiti vel infusi. Passiones vero sunt innate vel illate. Habitus autem sunt acquisiti ut patet in scientia et virtute politica. Nam ex frequenti studio acquiritur homo scientia et ex frequenti bene agere fit homo bonae bonitatis virtutis politice. Sunt et habitus quoniam non per acquisitionem sed per infusionem. sic scientia fuit infusa salomoni et virtutes theologice conferuntur cotidie paruulis in baptismo. et etiam penitentibus in iustificatione. Et ex actibus non generantur tales habitus. sed potius e converso. Ex talibus habitibus eliciuntur boni actus ex potencis. Vñ in habitibus acquisitis sequitur. Quales sunt actus tales sunt et habitus. Sed in habitibus infusis est e contrarium scilicet quales sunt habitus tales sunt et actus. Est tamen verum quod habitus acquisiti sicut generantur per actus. ita et generantur actiones. hoc non meritorias inquantum tales. Passiones autem sunt illate ab extrinseco. Vocantur philosophus passiones ipsas receptiones obiectorum. Sumuntur et aliter passiones ut dicantur affectiones. sicut sunt timor dolor spes et gaudium.

¶ De diuisione potenciarum anime. Ca. xliii.

Nunc ad diuisiones potenciarum anime accedamus. Philosophus ergo diuidit principaliter anime potentias in agnitivas et motiuas quas theologus appellat intellectum et affectum. Ipsius autem affectum intelligit voluntatem. Potentia etenim anime tunc dicitur intellectus dum est apprehensiva. Et dicitur voluntas dum est motiua. Item quedam vires sunt anime sepe a corpore ut velle et intelligere secundum quas anima non vult corpore sed vult vult corpore. scilicet fantasia que sic se habet ad intellectum ut color ad visum. ut ait philosophus. Quedam vero sunt vires inseparabiles a corpore. Vegetabiles et sensibiles et quantum ad essentiam et quantum ad operationem. Sed in homine sepe istae vires a corpore quantum ad essentiam. licet anima operationes earum exercere non possit extra corpus. In brutis vero simpliciter pereunt: quantum ad vires. Item anime potentias habet quasdam communes cum brutis. ut est sensus communis. sensus particularis. ymaginatio. estimatio. memoria. Quasdam autem habet non communes cum illis. ut est ratio intellectus et homini. Item anima vires habet quasdam que ad se. ut est ratio voluntas